29405

progenitam consortem Nobilis Joannis Bartuszik Kiwinski cum eiusdem mariti ipsius
assistentia et authoritate secundo post obtentam poenam contumaciae citatam ideo.
Quomodo ipsa cum eisdem Actoribus divisionem iustam et aequalem omnium et
singulorum bonorum immobilium in haereditate Kiwino Lesznik consisten super
Actores pari et aequali iure post dni Nobiles Mathaeum et Jacobum Kiwin-
skie filios dni Petri Kaptur avunculos germanos sterliter decess devolut
videlicet in areis hortis agris pratis campis sylvis stagnis et aliis omnibus uti-
litatibus facere et exdividere illa iis Inuspiam ac sua gaudeat non vult
neq curat. Citatur itaq ad viden et audiendum super ipsa et bonis ips omnibus di-
visionem bonorum controversorum decerni. Et ad eandem peragen amicos ex
utraq parte binos geometram et Alter cum Nobilibus duobus addi et deputan
ac vadium Capitis Centum viginti Marcarum eidem interponi. Citatione ipsa prae-
missa in se copiosius continente. In Termino itaq hodierno ex eadem citatione
ad ipsius legitime devenientem et incidente Officium pns Castrense Capitan Bran-
scense controversiis utrarumq partium Actores et citata per se personaliter
exauditis et debite intellectis ad affectationem partis Actorea eidem Dilationem
iuridicam ad producendam competentiam Actoratus sui salva exceptione fori
et aliis defensis reservatis dedit et concessit. Idq ad sequentes Querela-
rum Terminos in quibus parti utriq ad exequendam praemissa et ad ulteri-
us secum ea in causa iuridice procedendi et id quod iuris erit decernen pa-
ratum et peremptorium Terminum praefixit et conservavit.

Inter Grodzki et Sasin — Decretum

In causa et Actione coram praesenti Castren Capitaneali Branscen officio ver-
tente et agitata. Inter Instigatorem Fisci Sacrae Regiae Maiestatis
et ips Delatorem Generosum Joannem Skiwski Notarium Castrensem Bran-
scensem et Exactorem Terrae Bielscensis atq Nobilem Jacobum Grodzki
in Zelutowo haeredem Actorem. Et Nobilem Albertum olim Jacobi Sasin
in Dzierzkowie haeredem citatum ideo. Quia ipse non vult neq curat extradere
contributiones viginti in Comitiis Varsaviensibus laudat et in conventu par-
ticulari Branscensi conessas de Laborioso Stanislao Kowoh subdito pos-
sessionato in medio manso in bonis Zelutowo residen per eundem Delatorem
ips in certa summa obligat quam ipse Actor de suo ad fiscum Reipublicae
coactus est dare. Citatur itaq ad videndum et audien super ipso et bonis
ipsius omnibus solutionem eiusmodi contributionum decerni et in defe-
ctu poenam Banitionis iniungi. Citatione ipsa praemissa in se copiosius
continente. In Termino itaq hodierno ex eadem citatione ad praesens
legitime deveniente et incidente Officium praesens Castrense Capitan Bran-
scense controversiis utrarumq partium Actorea et citata per se ptis
exauditis et intellectis eo in consideratione habito quoniam Actor

ad pns

ad praesens super subdito suo solutionem contributionis per se exclutae non urget salvam sibi repetitionem post exemptionem reservando, ideo citatum ad praesens liberum fecit et pronunciavit. Nihilominus tamen decrevit ut idem citatus futurorum contributionum exactiones Actori Domino a subdito suo non impediat sub solutione de suo Decreti praesentis vigore.

Inter Szorcz et Krasonski Decretum

In causa et actione coram praesenti Castrensi Capitan. Bransceni officio pendente et agitata Inter Generosum Stanislaum olim Thomae Szorcz de Krasowo haeredem Actorem. Et Nobiles Georgium et Petri Krasonski et Helizabetham Krasonska consortem ipsius invicem coniuges praesertim maritatam cum eiusdem mariti ipsius assa et authoritate secundo post obten. poenam Contumac. citatos ideo. Quia ipsi ausi sunt famulam Actoris propriam pro anno praesenti bene appreciatam Honestam Annam Masleiowna sine literis testimonialibus ad ipsos et ad bona ipsorum Krasowo de eadem Villa Krasowo a Domino suo profugam suscipere pro ut susceperunt per quod poenam Certum Marcarum polon. incurrerunt ad quam super ipsis decernendi una cum restitutione praefatae famulae Vita poena Trium Marcarum polon. Citatur citatione ipsa praemissa in se copiosius continente. In Termino itaque hodierno Ex eadem citatione ad iuris Tgne devenientem et incidente. Officium praesens Castrense Capitan. Branscense controversys utrarumque partium Actorea et citatae per se, citatae vero per Nobilem Georgium Krasonski maritum a se et a conte sua exauditis et debite intellectis ad negativam exceptionem partis citatae eidem contenta citationis et propositionis partis actoreae in eam vide iuramenti rotham prout famulam controversam circa se non habet nec citatio et arestum eam circa ipsi pervenit nec de ipsa scit ad imaginem Passionis Jesu crucifixi evadere decrevit. Idque in sequentibus Querellarum Terminis in quibus parti utrique ad exequenda praemissa et ad ulterius secum ea in causa iuridice procedendum et id qu[illegible] iuris erit decernendi paratum et peremptorium Terminum praefixit et consignavit. Tandem quoniam pars Actorea citatae parti Juttri in instanti Juramentum vinciendum indulsit ideo officium hoc idem partem citatam a causa et impetitione partis Actoreae liberam fecit et pronunciavit

Inter Saszin et Grodski Decretum

In causa et actione coram praesenti Castrensi Capitaneali Bransceni officio pendente et agitata Inter Nobilem Albertum olim Jacobi Saszin Actorem Et Nobilem Jacobum olim Bartholomaei Grodzki de Zblutowo Idem citatum Ad Inscriptionem iuris Castrensem Nasoensem qua mediante inscripsit se eundem Actorem in bonis per ipsummet obligatis de in subdito quem cum pue-

nis